

Petrus Thomicius Episcopus Brevensis  
Vicecancellarius. Joanni Lubranski  
Episcopo Romanensi. —

138

Prudens in Christo Pater. et  
Iratum quidem fuisset m<sup>o</sup>di Reges, si  
Vestra Prudentia Dominatio, huc pro exhiben-  
do supremo honore Reginali m<sup>o</sup>di ve-  
nisset. Sed huius m<sup>o</sup>das rationem habens, cum  
Difficultatis illius, tum ingruentis pestilen-  
tiæ equi benique consulit.

Profectus huc etiam fuerat Do-  
minus Georgius Frater Ippolitus Reginalis m<sup>o</sup>di  
sed in via retentus est, à Domino Duce Nic-  
sinensi, propter eandem pestilentiam, et pe-  
riculum in quo hic omnes sumus constituti.

Hesternæ die, contulit m<sup>o</sup>das 17/8.  
Regia Castellaniam Sandominicæ, una cum  
Thesaurariatu, Domino Radomien. Castel-  
laniam verò Voynicene, Domino Jordan,  
et Vistlicensem Domino Rohotnicki, reli-  
qua adhuc pendunt.

Dominus Archiepiscopus Decli:

manit ex vico

Declinavit ex Vienna in Hungariam, Primum  
ad Dominum. Cardinalem, Demum etiam  
ad Regiam Illam inde iturus, quod illis  
tractabit ignoro, expectamus in horas Eju  
adventum, nam et familia jam huc ap-  
plicavit. —

Curiam vestre Andree Do-  
minationis, contentus sum in Siotrkow  
accipere. Commendo me vestra Andree  
Dominatoni, quam felicissime valeret  
Desidero —

